

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Simon Pauli

Programma

[Rostock]: [Kilius], [1655]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730119963>

Druck Freier  Zugang



ARCHIV

R.U. med. 1655
Simon Pauli



R. 26

med.

1652

Simon Pauli

PROGRAMMA.



ЛІМЛАЯГОЛ

Sūr Θεοῦ.

Philobotanis omnibus & singulis in inclitā ROSTO-
CHIENSI Academiā commorantibus,

SIMON PAULLI,
S. R. M. Daniæ ac Norw. &c. Medi-
cus Aulicus & Prælatus Aarhusiensis.

S. P. D.

Te magne rerum conditor, & tuas
Sonab laudes, factaq; posteris
Miranda prodam, dum recurret
Per calidos mihi sanguis artus,

Quin ita mecum, quisquis es
Christiana & verâ fide imbutus, tibi altâ
voce canendum siet, nullus dubito. Et
quidē meritissimō. Cum enim pronuper
Præside Virō Experientissimō, Excellentissimō, Cla-
risimō, DN. JOHANNE BACKMEI-
STERO, Med. D. & P. Prof. in hac Academia
celeberrimo, DN. & Affine meo honoratissimo,
mutuam illi operam tradente, & à latere nunquam ejus
recedente filio meo, JACOBO HENRICO
PAULLI, admirandam corporis humani compa-
gem, castâ mente, contemplatur, id, in Dei solius glo-
riam, & salutem populi, loco studiis nostris dicatō, pro-

A 2

priō

priò & convenienti, publicitus non eviscerari solum, sed
quoq; deartuari, imò exossari deniq; viderimus, qui
non hymnòs Deo nostro, Patri Unigeniti Filii & Re-
demptoris nostri J E S U C H R I S T I, debemus?
Etenim, dum replica aut excutio seu membranas, seu
monumenta Galeni nostri, quamvis Ethnici; quis non
mirabitur, ipsum, solius naturæ lumine ipsi faciem prælu-
cente; condigne seu Momorum, seu Epicuri de grege
porcorum fordes, strigili satis dentatâ & asperâ deter-
gere studere? Nam qvum nescio quem Anonymum
(vicitatur Gal. 3. de U. P.X.) male haberet, delitiis dif-
fluentem ac fractum, quod sibi grave esset è lecto sur-
gere, (sed honos præfandus est,) reddendorum alvi
excrementorum gratiâ, satius esse putant, ita constru-
ctum fuisse ipsum hominem, si solum pedem porrigen-
excrements per ipsum excerneret; pò! quam albis den-
tibus ipsum deridet, & alto supercilio despicit, dum ita
infit: At verò si de ejusmodi pecudibus plura verba
fecero, melioris mentis homines merito mihi fortè suc-
cessent, dicantq; me polluere sacram sermonem,
quem ego Conditoris nostri verum hymnum compono,
existimoq; in hoc veram esse pietatem, non si taurorum
hecatombas et plurimas sacrificaverim, Et casias,
aliaq; sercenta odoramenta ac unguenta suffumiga-
verim, sed si noverim ipse primus, deinde Galus ex-
posuerim, quamam sit ipsius sapientia qua virtus, qua
bonitas. Quod enim cultu convenienti exornare o-
mnia, nihilq; suis beneficiis privatum esse voluerit, id
perfectissima bonitatis specimen esse statuo, Et hæc qui-
dem ratione ejus bonitas hymnis nobis est celebranda.
Hoc

Hoc autem omne invenisse, quod pæcto omnia potissimum adornarentur, summa sapientia est; efficisse autem omnino quæ voluit, virtus est invicta ac inseparabilis. Hactenus ille. Quæ licet omnia magnifice satis deprehendit, non tamen eò abiit dementia noster Galenus, ut nos, cœlum ipsum quandoq; præstabilitate petentes, putet esse immortales; quippe paucis intermissis porro ita philosophatur. Considera mibi (inquit) materiam, ex quâ quodq; factum est, Non temere tibi persuadeas, ex sanguine menstruo & spermatozo immortale animal posse conflare, aut impatile, aut semper mobile, aut splendidum, aut pulchrum aquæ ac Sol est. Quæ cum ita se habeant, quotus quisque est, nisi Tiresiæ cæcior, qui non novit, Anatomem corporis nostri esse D E I ipsius quasi præconem, proclamantem: *Omnem carnem esse fænum; hominem esse solstitialem herbam & ephemeras; hominem esse bullam; hominem esse somnum; hominem esse umbram.* Sanitatem vero, ex concinnâ structurâ, & bene fermentata temperie partium, provenientem, tam facile avolare, quam muscam alas complicare videmus, infero, dum caleatur maxime. Verum enim vero, ut ut se habeant, sit vita hæc omnia ita nostra.

-- mali taberna, curarum mare,

Palaestra luctus, officina cladi,

Fomes dolorum, Mors (ut absolvam) incra,

Intervim hos non omnes morimur, multaq; ut Horatianam phrasin mutuem, pars nostri vitabit Libitinam: Quippe alia vita & æterna nos manet. Ut ergo pavones gemmantibus pennis rotantes eam, fastu prætrudi

mid, tum demum eandem demittērē aut colligērē itē-
rum feruntur, ubi scabros suos pedes respiciunt; ita nos,
Anatomē beneficiō contemplantes, quantula sint ho-
minum corpuscula, stolidi sapere discimus, dum com-
plicantes temporē sarcinulas nostras, stationes aliis, Na-
turē cedentes serius ocyus, omnes, omnes, summa-
tes pariter ac insimates, unā cum medioxumis, quo-
quot Hevam matrem agnoscimus, relinquere cogi-
mur. Videamus ergo, ut multa hic compendifaciam
studiosē, Anatomes non unicum esse seu finem seu sco-
pum; cō autem rēm redire universam, ut Anatomicā
artem scientiam ve profitentes, non nisi tetrica & lugu-
bria, ut praeſcīne dicam, rimentur, immō instar pol-
linctorum perpetim morticinam carnē tractent, &
hodiē illius, cras alterius feralia curantes, instar Democ-
rati alicujus, inter cadaverum & ossium stuices desi-
deant. Hinc sēpiculē miratus sum, iplos, amantes
verecundiam aut potius loquendi libertatem, mecum,
jocōseriis facetiisq; receptā, in Theatris Anatomicis
immō jam ab Heroicis usq; temporibus, consuetudine,
condire amaritudinem hujus artis seu potuisse, seu no-
visse. Interim, namq; fatebor, quum, D E I gratiā, in al-
terā mē dulcissimā mihi meisq; Patriā DANIA, hæc ipsa
ars lauream mihi pepererit, & laudem (jactone) meā
Fastis DANICIS ære perennioribus monumentis in-
scriptam; S. R. M. (vivat æternū, & scrus in
calum redeat Clementissimus R E X noster, reverā
Patriæ Pater FRIDERICUS III. tantā qui
clementiā, ut nullis stipatus Satellitibus, tutus caput
in cuiusvis subditorū gremium reclinare, aut solus certè
ad quemlibet divertere possit) gratissimā, humillimā,
demississimāq; mente, vel hic loci, atq; adeò iteratō &
eminus.

eminus gratias ago, quod Per Illustri Heroe ac Dn. Dn.
CHRISTIANO THOMÆO, Dn. in Stougaardt S.
R. M. Dan. ac Norw Ec. Cancellario magno ac Prote-
ctor Reg. HAFNIENSIS Acad. Magnifico. Ec. Mæ-
cenate meo summo, mihi pridem ceu rude donando ve-
terano, honestissimam vacationem procurante, clemen-
tissimè quoq; concedere voluerit. Sed quò non abri-
pior, dulcedine & memoriâ rerum gestarum captus!
flectenda puppis est. Meditor enim, DEO volente,
qvum satis grandinis misit Pater, & jam parturiat an-
dus, omniaq; ridere occipiant, capessere in præsens
aliud & lætius studium, quod mirum dictu, quanto-
perè in Catone Majore seu de Senectute ipsum Cicero-
nem oblectarit: atq; hoc ipsum *Botanicum* est, hiero-
glyphicum quasi, aut indicina, futuræ vitæ, & certæ
resurrectionis ex lumine naturæ, ut ita dicam, confirma-
trix. Ut enim semina in almæ matris gremium, Terram
scilicet, conjecta jamq; sepulta, autumno in hyemem
se præcipitante, grata veris vice meditantur veteres
aristas; ita nostra corpora, mente cassa & vacua, prope-
diem alti

repetent collegia Sensus.

Ad hæc ergo sacra, aut sacram contemplationem,
frequentes, ut hoc anni tempore conveniamus, rurum
capessendo, expediet, ut horum omnium ingenti lubi-
dine deliniti, non solum apiscamur, in præsidium fu-
turorum morborum, herbarum cognitionem usumve,
sed quoq; ut magnalia DEI, quæ vel jam in herbescen-
te plantarum viriditate, manifestè ostentantur, contem-
plemur, admiremur, plenis buccis filii & qui nascen-
tibus illis commendemus. Ego pretiè nullò conductus,
sed

sed solius D E I in honorem & Republicæ emolumen-
tum, constitui. D E O benè volente prodeambulare
ad vicinos agros, prata, aut saltus deniq; ut filios meos
in timore Domini cotidie qui educo, hoc anni tempore
in hoc studiō, &q; ac aliō, in aliis atq; iterum aliis exerce-
re sine scandalo pergam, usq; dum pedibus me porto
meis. Quibus ergo Quod Confessione me comitari commo-
dum aut quibus se mihi illis ad jungere grave non fue-
rit, eos C R A S in puncto Prima pomeridiana, Cœ-
lo miti, innubi, & sereno, officiosè in Areâ Collegii
præstolabor. Valete Omnia Ordinum Nobilissimi
Studioſi, & ſultis frequentes ad eſte, quorum nemini stu-
dio meo deero, (mea pertractans, advena in alienam
Rem pub. præmis nullis inhians)

Ut homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendit, facit:
Ut nibilominus ipſi luceat, quim illi accenderit,
Neq; enim, ut illa Incomparabilis Viri & æternæ
memoriae CASP. HOFFMANNI verba huc trans-
feram. decet nos ſubito poſcere præmia, quæ diuinus
Chrysostomus ait: Non illorum eſſe qui ambiant, sed
quibus benè vult ſummus ille Regnabit. Huic enim
ſi placeas ſatis eſt: At hominibus (præſertim malis)
ſi placere voles, Placenta fias oportet, aut Vīnum
Thasium, ut Bionis dieterium habet. Ego heſc opor-
tunè, cumillo, receptu cano, & D E U M T. O. M.
oro, ut omnibus nobis sanctissimo ſuo Spiritu adſit
terum Nobilissimi juvenes benè feliciterq; Valete,
ac dicio loco & tempore frequentes comparete.
Patebat publicē ROSTOCHII Anno clo
loc L. V. Dominicā Judica. April.


Excudebat NICOLAUS KILIUS, Acad. Typogr.

12.11.1951

eminus gratias ago, quod Per illustris
CHRISTIANO THOMÆO, T
R. M. Dan. ac Norw Sc. Cancellar
Ætore Reg. HAFNIENSIS Acad. M
cenate meo summo, mihi pridem ceu
terano, honestissimam vacationem p
tissime quoq; concedere voluerit.
pior, dulcedine & memoriâ rerum
flectenda puppis est. Meditorenin
qum satis grandinis misit Pater, &
nus, omniaq; ridere occipiant, ca
aliud & lætius studium, quod mir
perè in Catone Majore seu de Senec
nem oblectarit: atq; hoc ipsum Bot
glypticum quasi, aut indicina, fu
resurrectionis ex lumine naturæ, ut i
trix. Ut enim semina in almæ matr
scilicet, coniecta jamq; sepulta, a
se præcipitante, grata veris vice
aristas; ita nostra corpora, mente c
diem alti

repetent collegia Sensus.

Ad hæc ergo sacra, aut sacram
frequentes, ut hoc anni tempore c
capessendo, expediet, ut horum o
dinc deliniti, non solum apiscam
turorum morborum, herbarum co
sed quoq; ut magnalia D E I, quæ v
te plantarum viriditate, manifeste o
plemur, admiremur, plenis buccis
tyrab illis commendemus. Ego pre



Dn. Dn.
ardt S.
Prot
c. Mæ
ndo ve
clemen
n abri
captus!
olente,
riat an
præsens
quanto
Cicero
, hiero
& certæ
nfirma
Terram
yemem
veteres
a, prope
ionem;
s, rutrum
nti lubi
dium fu
usumve,
rbescen
contem
nafec
nductus,
fed